

2

3.

4.



DE

1779, 9. 39.

SUCCESSIONE LEGITIMATI
PER RESCRIPTVM PRINCIPIS
SI CONCVRRAT CVM ANTEA
LEGITIMATIS PER SVBSEQVENS MATRONIVM
IN HEREDITATE PATERNA.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBL. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIET. LITER. DVISBVRG.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE XX. OCTOBR. cIoiocclxxix.

D I S P V T A B I T

A V G V S T V S D A N I E L B O E C K N E R

P R E T T I N. S A X O.

L I P S I A E

LITTERIS LANGENHEMIORVM HAERED. ET KLAVBERTHIIS.

EXACCESSIONE ET EDITIONATE
LIBER RESCORITANUS TRIDICITIS
SI CONCARTAT CVM ANITA
PRUDENTIALE SVAGOVANS MENTIONEM
PRAECLARITATIS ET PRAECAUTELIS
HABET IN PRAECLARIS GESTIS

IN LIBER RESCORITANUS TRIDICITIS
SI CONCARTAT CVM ANITA
PRUDENTIALE SVAGOVANS MENTIONEM
PRAECLARITATIS ET PRAECAUTELIS
HABET IN PRAECLARIS GESTIS



D E
SVCCESIONE LEGITIMATI PER
RE SCRIPTVM PRINCIPIS SI
CONCVRRAT CVM ANTEA LEGITIMATIS
PER SVBSEQVENS MATRIMONIVM IN
HEREDITATE PATERNA.

§. I.

 Ignorauit antiqua Iurisprudentia legitimationem libe-
rorum naturalium, qui, nisi iustae essent aetatis
in familiam et potestatem patris haud venire po-
terant, quam per *arrogationem*. Primam legiti-
mationem, qua naturales liberi in patris potestatem et fami-
liam redigebantur adiuenit CONSTANTINVS. M. ita tamen,
vt lex illa in praeteritum valeret, haud vero in futurum reme-
diū suggesteret, donec tandem a diuersis Imperatoribus re-
nouata lege Constantini Imperator IVSTINIANVS sua Consti-
tutione legitimationem illam quae *nuptiis* cum concubina *inter-*
venien-

~~~~~

*venientibus* siebat perpetui iuris ficeret. Et hic ipse demum Imperator alium addidit modum, quo naturales legitimorum iura conseqebantur, scilicet *per rescriptum Imperatoris seu principis*. Haec satis nota sunt. Quamvis vero vtraque legitimatio conserret naturalibus iura legitime natorum, tamen quaedam extat diversitas inter eos, qui legitimati per matrimonium atque legitimatos per rescriptum principis. *Legitimati enim per rescriptum principis, si legitimi adstant cum his non succedunt, quippe saltem his salua debet esse legitima atque succedunt in reliqua hereditate tantum, si volente patre atque supplicante expressum est in Rescripto Imperatoris succedendi ius.* v. STRYCKIVM de Success. ab Intest. Diff. I. Cap. II. §. 72. et STRVIVM Exercitat. ad Pand. V. th. 55. Secus vero est in *legitimatis per subsequens matrimonium*, qui pleno succedendi fruuntur iure. Maxime hoc patet ex §. ult. I. de Nupt. Non hic meam facio litem super lectione *cit. §. motam*, retulit FRANCKIVS diff. ad §. ultim. I. de Nupt. Satis est in hoc paragrapho legitime natis in omnibus exaequatos esse legitimatos per superueniens matrimonium.

### §. II.

Cum legitimatio actus sit, quo legitimorum iura conseruntur illis, qui ex concubinatu nati erant: patet, legitimationem nisi *fictione* aliqua, Fingitur enim partus natus ex legitimo thoro, imo si per matrimonium legitimatio facta, simul finguntur suis se coniuges iam eo tempore, quo legitimata procreata fuerat soboles. Haec fictio omnino subnixa legis aut rescripti autoritate vel a tempore conceptionis partui tribuit iura legitimorum, vel a tempore concubitus, quo partus conceptus coniugum iura confert, iis qui matrimonio iam iuncti sunt, ut ab iis partus legitimus procreari potuerit.

### §. III.

§. III.

Sed quid? Concubinatus patrūs moribus non comprobatur, imo legibus potius inter delicta refertur. Non inquiram, vtrum recte hoc factum sit, cum illius prohibitio haud raro grauius peccandi causam dat iis, quorum et status, et vitae condicio non permittrit legitimū coniugium contrahere et suam communicare cum femina dignitatem, an vero sit reliquia antiquae superstitionis, quae omnem adeo iuris naturalis coniunctionem peccatum habebat, nisi a clero ecclesiam quasi representante comprobata erat. Satis est, improbari concubinatum a lege ciuili, ad cuius obsequium tenentur ciues. Nulla ergo nobis erit legitimatio, qui *naturales* non habemus liberos, cum concubinas lex improberet. Ita sane videtur; sed aliter sentit forum, imo ipsae leges patriae. Quamuis enim concubinatus legibus improbatur et inter crimina referitur; tamen consistit in facto, et compararunt nostrates cum concubinato lege comprobato, et hinc liberos, quorum pater certus est, cum soluta femina procreat, naturales habent. Quapropter, si postea pater illius, quem vulgo habemus spuriū, legitimū contrahit matrimonium cum soluta illa femina, nullum est dubium, quin hoc spurius legitimatus efficiatur statim, simulac parentes legitimam solennitatem ad contrahendum matrimonium necessariam videlicet copulam sacerdotalem adhibuerunt.

§. IV.

Et quamvis spuriis natuitatis maculam antiqua superstitione tribuit (poenam sane sine criminē spuriis impositam!) tamen iam proprium popularibus modum inuenierunt maiores natalium restituendorum, quod ius restituendorum natalium praeter Imperatorem, et quos in hoc exercendo vicarios sibi constituit comites sacri palati, sibi sumfere principes ex iure maiestatico



iestatico territoriali; sed sicut haec natalium restitutio, quam quoque *legitimationem* vocant, nullum effectum producit, quam vt illam in opinionibus comprehensam maculum tollat atque fictione legitimum declareret; ita non est confundenda cum ea, quam *legitimationem* constitutio *IVSTINIANI Imp. in Nouell. LXXXIX. Cap. IX.* inuenit, nempe quae quoque per rescriptum principis siebat, per quam non macula natuitatis, quam ignorarunt Romani tollebatur, sed legitimorum iura ita conferabantur, vt petente ita patre non tantum in eius potestatem et familiam veniret naturalis, sed simul successionis iura eidem tribuerentur. Recepto in Germania iure Romano, et haec ipsa recepta romana legitimatio, sed petente ita patre.

### §. V.

His de legitimatione expositis veniamus ad speciem propositam ad dubitandum. Finximus nobis speciem in hunc modum. *Sempronius* cum *Lucia* persona soluta consuetudinem habuit lege non comprobata, ex qua procreatus est *Paulus* filius. Mortua hac femina adamare coepit aliam *Titiam* nomine. Ex hac filias duas suscepit *Iuliam* er *Maeuiam*. Cum hanc *Titiam* dignam aestumareret suo thoro legitimo, neque leges impedimento essent, quominus cum ea coniugium contraheret, eandem *Titiam* adhibitis solennitatibus ecclesiasticis legibus requisitis legitimam facit vxorem, et simul vrasque filias *Iuliam* atque *Maeuiam* hoc matrimoniali vinculo contracto efficit legitimatas iuraque legitimorum in eas contulit. At post hanc legitimationem peractam *Pauli* filii quoque rationem habuit, eundemque aqualem voluit esse filiabus. Cum hanc suam intentionem adsequi non posset vinculo matrimonii accedit literis supplicibus ad Principem, petens, velit huic fio filio Paulo iura legitimorum quoque conferre rescripto ita, vt non tantum opinata illa macula tollatur, sed, vt in patriam rediga-

7

redigatur potestatem; atque succedat aliquando in bonis paternis atque familiae. Annuit princeps petitis ipsius Sempronii et dato Rescripto legitimum declarat Paulum Sempronii filium collatis simul in eum omnibus familiae et successionis legitime et intestatae iuribus. Iam oritur quaestio; si intestatus Sempronius communis pater legitimatorum et Pauli et Luciae et Maeuiae moritur, vtrum succedant aequis portionibus, an prius legitimam deducant filiae per subsequens matrimonium diuidentes hereditatem reliquam paternam cum fratre Paulo legitimo per rescriptum principis.

### §. VI.

Est quidem beneficium legitimorum, vt his extantibus legitimati non succedant, nisi ex beneficio principis expresse id ius legitimato datum, quo dato prius legitimis debetur portio legitima, ad quam legitima nativitas ipsis legitimis legis autoritate perfectum ius dedit non nisi ex iusta et NOVELL. CXV. Cap. III. determinata causa adimendum. Hinc forsitan argumentum duci posset, cum beneficia strictissimae sunt interpretationis, neque patiuntur extensionem, fieri non posse, vt legitimati per subsequens matrimonium sibi haec legitimorum iura tribuant et ita hereditatem esse aequaliter inter omnes dividendam. Praeterea cum differentia quaedam semper existat inter legitimos atque legitimatos, quippe his ope *filiationis* legitimorum iuribus fruuntur, cum illi ex ipfa nativitate iuribus suis fruuntur, et nulla lex quidquam de legitimatis per subsequens matrimonium intuitu legitimae praecipiendae fanciat, ea quae de legitimis scripta sunt, non videntur transferenda ad legitimatos per subsequens matrimonium.

### §. VII.

Nihilominus tamen pronior sum ad eam defendendam sententiam, ex qua liberi per matrimonium legitimati prius quam

1748

quam alter legitimatur per oraculum principis, si cum eo concurrant, ius habent deducendae legitimae, diuisuri reliquam hereditatem cum altero legitimato. Nam legitimati per matrimonium omnia iura acquirunt legitimorum. Expresse id propositum *Constitutio IVSTINIANI* in *L. 10. C. de naturalib. liber.* maxime in verbis: *Quapropter sancimus in huiusmodi casibus omnes liberos, sive ante dotalia instrumenta editi sint, sive postea, VNA EADEMQUE LANCE trutinari, et omnes filios suos in potestate suis existere genitoribus, ut nec prior, nec iunior VLLO HABEATVR DISCRIMINE. cact.* Nullam ergo vult Imperator differentiam inter legitimos et legitimatos, sed vult *vna eademque lance trutinari.* Si itaque omni iure hi legitimati fruuntur legitimorum, nulla est ratio, cur non simul fruuntur hoc iure, vt praef'erantur in successione legitimatis per rescriptum, cum illud sit inter iura legitimorum. Et cum legitimatio illa nitatur fictione, quasi parentes iam conceptionis tempore coniuges fuerint, fictio vero idem operetur, quantum veritas, omnino cum eorum legitimatio antecesserit legitimationi per rescriptum, absque dubio ius perfectum ad petendam legitimam in bonis paternis obtinuere, non nisi ex iusta causa imminuendum, legitimati vero postpositi legitimis in successione, quorum iuribus omnibus aequaliter fruuntur legitimati per subsequens matrimonium, veritati et analogiae iuris magis conuenire, vt, si vitroque modo legitimati in successione intestata concurrent, et per rescriptum legitimati iura, postquam reliqui legitimati erant per matrimonium, obtinuerint, his deberi legitimam.



Leipzig, Diss., 1779 A17





B.I.G.



DE

SVCCESIONE LEGITIMATI  
PER RESCRIPTVM PRINCIPIS  
SI CONCVRRAT CVM ANTEA  
LEGITIMATIS PER SVBSEQVENS MATRONIVM  
IN HEREDITATE PATERNA.

1779, 9. 39.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBL. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIET. LITER. DVISBVRG.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE XX. OCTOBR. C I O I C C L X X I X .

D I S P V T A B I T

A V G V S T V S D A N I E L B O E C K N E R

P R E T T I N. SAXO.

L I P S I A E

LITTERIS LANGENHEMIORVM HAERED. ET KLAVBERTHIIS.

